

DISSE^{omif.}
TATIO^{after 11 p. 62.}
JURIS PUBLICI
DE
JURE ALIENANDI
TERRITORIA

ABSQUE CONSENSU STATUM PROVINCIA-
LIUM PRINCIPIBUS GERMANIAE COMPETENTE.

QUAM
PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS
CONSEQUENDIS

IN
AUDITORIO ACADEMIAE ALMAE

ERNESTINAE,

DIE XXIV. OCTOBRIS, MDCCCLXXXVI.

PUBLICE DEFENDET

THEODOR. H. A. SCHMALZ.

HANNOVERANUS.

RINTELIAE, 1786.

OD FELIX ESTAM VTOAE
INC TOI
ICRAE CAESARE
R
OMANORVM IMPERIAT
ANASPICUS ET
ENSIMI PRIN
E
PRINCIPIS HERSEFI
HANAE NIDDE SC
REFIG
AC MARYDORVM VO
ESTINE SAVR
PRORCCTORE
MFO MASTRI ET
H
RE ET PROLESSENIE F O F H
PROCANCELLARI
LIVISIDVNI ARSISAE RINTELLERSIS ET VA

BIBLIOTHECA
JUDICIS DORFICI
ALPHANIADI
TOMA
REGIS
A
P
REGIS
temp
proci
A
P
ess
ent
B
C
D
E
F
G
H
I
J
K
L
M
N
O
P
Q
R
S
T
U
V
W
X
Y
Z
TUDOR H A SCHMID

VIRO PERILLUSTRI

JOH. PHILIPP. CONRAD.

F A L K E,

REGIS M. BRITANNIAE ET ELECTORIS BRUN-
SUICO - LUNEBURGICI

A CONSILIIS JUSTITIAE INTIMIS

Doctor Göttingensis gravissima argu-
mentis impugnavit. zt

ADVOCATO PATRIAE.

Verhandlungen. J. 1780.

b) Nec non libellus quidam. Ex illustrissimo
et fiducia meum et credibilem fidei et
inter alios et hanc materiam scula justitiae
adversariorum literatus faveat.

OD LEIX LESTAM VTOAE

ANCTO I

ICRAE CAESARE

I O S

OMANDORVM IMPERIAT

ANSPICUUS ET

ENISSIMI PRIN

R ID

PRINCIPIS HERSEPH

HANIE NIDDE SCH

REFIO

AC MARYDORV JO

ESTINE SAE R

PRORCOTORE

MFO MUNTRI ET A

G E R H.

RE ET ROLESSE RE OT U

UNIVERSITATI ANNEAE RINTELLENSIS ET A

PROGANCETTARII

MFO AVVNTA ET A

VIRGO PERITTUS TRI

OH PHILIPR CORNARD.

F A L K E

EGR W BRITANNIE ET FRANCIAZ ERUN

SUICO - FUNDATRICI

A CONSILII JUSITIVAE INTIMIS

TE

ADOCATO TATRUM

timet, vel Wurzelat, qui in den gruenen Ue-

gebauer &c aliis, servum de actum ex statu in fa-
bulae os malisius emul ha spmno over II
but pfectos, quod principium conseruare
sup oislan, obni sepmn bomp, mntabili iB
reuum (nisi, qui dominum dicitur) et
sup ha, insomit alieno munotibdul etiamodii
et in forum ratus est tribuit qui vnde pos-
tio nrae, quod non vnde
etiam sibis
etiam sibis

Saepe ac multum disputatum est: An principi
Imperi Germanici territoriorum suum permutare, aut
alio quoconque modo alienare, sine statuum provin-
cialium consilio et auctoritate licet. Nec nostris
temporibus defuere, qui principibus nostris hoc ius
prosul denegare non dubitaverint; quod tamen
inter omnes, qui mihi quidem innotuerunt, cl.
Posse, a) Doctor Gætingensis, gravissimis argu-
mentis impugnavit. b)

a) In libro nuper edito: *Ueber das Einbilli-
gungs-Recht teutscher Unterthanen in Landes-
Veräußerungen.* Jena 1786.

b) Nec non libellus quidam: *Erläuterung ver-
schiedener wichtiger Gegenstände für den Staats-
mann und Gelehrten.* Schmälcalden 1786.
inter alias et hanc materiam acute tractans
adversariorum sententiae fayet.

OD LETX FESTIVM VTOAE
UNCIOI
CRAE CAESARE
O S I
OMANORVM IMPERAT
ANSPICIUS ET
ENISSIMI PRINC
R I D
H PRINCIPIS HERSEPH
HANAE NIDDAE SOH
REFIG
AC MARYMORVM NO
HESLINE SVAE R
PRORECTORIE
MRO MUNSTRI ET
GERH

9

2.

Hi vero omnes ad hanc sententiam eo perdu-
ti videntur, quod magna inde, nescio qua?
libertatis subditorum pericula timeant. Sed quo-
tidie praedia cum colonis liberis et iurisdictione
in incolas vendi, aliaque in personas liberas iura
alienari videmus, quarum tamen nemo condicio-
nem duram esse putat. Num durior sors subditis
cadit, quorum princeps imperium in alium trans-
fert? Neque enim recte princeps alienare terram
subditosque dicitur, quippe qui in eius domi-
nio minime infunt, sed alienat imperium, id est,
complexum iurium determinatorum in personas
et res, qua in territorio sunt.

Minime itaque servis ad numerari possunt sub-
diti, si princeps iure alienandi territorium gau-
det. Singulos enim vendere ac permutare nulli
apud nos principi licet; et singulus civis, quoties
ipsi videtur, alium sibi regem, aliam civitatem qua-
re potest. a) Nemo igitur vel Possio assentiet,
qui ex hoc iure principum imam servitutem

timet

timet, vel WEKHERLINO, qui in *dem grauen Un-*
geheuer & alias, servum se natum & asinum in fa-
bula profitetur, qui principibus dominium di-
rectum (nescio, quid dominium directum esse pu-
tat?) in totum territorium tribuit, qui vana pae-
dicat omnia, quae a gravissimis viris de contractu
gentium sociali dicuntur, nec denique ullis fere
rationibus, sed verbis tantum sonoris, sententiam
suam defendit.

Quod si vero ius alienandi territorium sine con-
 sensu statuum provincialium herile potius quam
 regale est: non in minori servitute sumus, si acce-
 dente hoc statuum consensu alienare nos licet.
 Nam, (taceo iam de iis, qui sine statibus sunt &
 solius principis fidei sese commiserunt) quid nos,
 qui neque equestri neque consulari quadam digni-
 tate insignes in statuum numero non sumus, neque
 in comitia vocamur, ubi status illi, qui nostra
 negotia gerere dicuntur, saepe vel maxime invitis
 nobis consensum suum vel negant principi vel
 tribuunt?

a) cf. Hugo Grotius, d. J. B. ac P. L. I. c. 3. §. 12.

OD ELLX ESTAM VTOAE
YNCOTI
CRAE CAESARE
O S I
OMANDRUM IMPERAT
VNSPLICIS ET
ENISSIMI PRINC
R I D
HAINAE NIDDAE SCH
REFIG
AC NAYRORU VO
HESLINE SVAE R
PRORECTORIE
MRO MUNSTRI TA
G E R H .
RE ET PROFESSORE R O F U
LITERARII ARBSCAE RINTELNENS ET VA
PROCANGELI VRI

) 8 C

3.
ib Minime itaque in publica commoda peccare
mihi videor, si ius alienandi territorium principi-
bus nostris vindico. Et stant etiam pro nostra
sententia summi viri, inter quos D. G. STRUBIUS a)
ille eminet, quod non debet nisi in causa
membrorum, alioquin nullum videtur ei credendum.

Primo autem videndum, quid *iuris publici uni-
versalis* principia suadent, antequam explicatur,
quid ratio nostrae reipublicae, & ius, quo in
Germania utinam, iubeat.

a) In *Observat. Jur. & Hist. German.* Obs. 4.
§. 17. & in den *Nebenstunden Abhandl.* 10.
§. 19.

4.
Atque ex iure quidem universali varie dispu-
tarunt viri docti: HUGO GROTIUS de J. B. ac P.
Lib. 1. c. 3. §. 12. Lib. 2. c. 6. §. 3. Lib. 3. c. 20.
§. 5; PUFFENDORF. in J. N. & G. Lib. 8. c. 5. §.
9; H. COCEJ: de *testamento principum.* P. 2. §.

16.

16. 17. in eius Exercit. T. 2. p. 399. seq. SAM.
 COCC. in Novo Systemate Just. nat. & Rom. &
 interque COCC. in Grotia illustrato T. I. p. 270.
 seq. & 650. seq. T. 3. p. 38^o. THOMASUS in Juris
 prudentia divina Lib. 3. c. 133; idem ad HUBERUM
 de iure civitatis Lib. 1. Sect. 3. c. 2. §. 16 & 19.
 & Sect. 7. c. 6. & in Fundamentis Jur. N. & G.
 p. 277. ed. de a. 1718; GUNDLING. in J. N. &
 G. c. 33. §. 5. 6. J. H. BOEHMER in Jur. publ.
 univ. Lib. I. c. 3. §. 32. lit. Z. HEINECCIUS in
 Elementis J. N. & G. Lib. 2. §. 147. & 149.
 LUDOLF. de Jure seminarum illustrium. P. I. §. 24
 ACHENWALL in J. N. P. 2. §. 169. HOEPFNER in
 dem Natur Recht §. 201. Quorum tamen senten-
 tias singulas enarrare angustia spatii prohibemur.

Sed etiam ius universale facultatem alienan-
 di imperium principibus nostris ex regula tribue-
 re mihi quidem videtur.

OD FELIX FESTIVAM VOTAE
ANCOTI
CRAE CAESARE
O S I
OMANDRVM IMPERAT
ANSPICIUS ET
ENISSIMI PRIN
R I D
PRINCIPIS HERSEPH
HANNE NIDDAE SCH
REFIG
AC NATRORVM VO
FESTINAE SVAE R
PRORECTORIE
MFO MUNSTRI TA
G E R H .
LE ET PROFESSORE NO F U
LITERARIA RIBSAGE RINTELNENS ET VA
PROCANGELI VARI

20 C

16. 12. in die Heilige T. 5. 5. 30. pd. SW.
Cecili in Mero. 2. 2. 6. 6. 6.

5.

Primo enim Imperium in dominio principis est. Quomodo cunque ea rerum publicarum species, quae Regna seu Monarchiae appellantur, orta sit: duplex earum genus esse Cl. Posse, a) nec iniuria, dicit; alterum earum, ubi libera elecione vel tacito civium consensu summa rerum potestas uni delata est; alterum earum, quas civis praepotens vel victor peregrinus vi & armis in suam potestatem rededit.

Quod ad has pertinet, non est, quod credas, illum, qui vi & armis imperium tanquam praedam obtinuit, cum omnia ad se raperet, solum ius alienandi praedam rapere noluisset; id, quod cl. Posse b) bono animo sibi persuadet: „quia, inquit, „hoc ius neque cum prudentia neque cum „aequitate conveniret.“ Sed plena tamen est temporum praeteritorum historia exemplis, quae docent, alienationes terrarum bello occupatarum non solum factas, sed prudenter etiam & aequif-

sime

time factas esse. Sane prudenter *rex Danorum* du-
catus BREMAE ac VERDAE bello occupatos illustri
domui Brunsvico-Luneburgicae vendidit, & re-
gina Sueciae cessit, nec unquam subditi harum
terrarum hanc alienationem iniquam putarunt vel
egre tulerunt.

Idem de iis regnis videtur dicendum, quæ em-
tione aut permutatione aut testamento, &c. adqui-
fita sunt. Ibi enim vel ipse populus dominium il-
limitatum, & liberum de imperio disponendi ius
principi concessisse videtur.

a) *Poffe*, l. c. §. I.

b) *ibid.*

6.

Si vero vel expresso vel tacito civium consen-
su regia potestas uni delata est: in regno quidem
ubi liberum ius eligendi semper regem subditi si-
bi reservarunt, alienatio imperii absque eorum

con-

consensu legitime fieri nequit. In regnis enim electissis, non solum electi semper persona & virtutes spectatae sunt, sed & ipsum ius electionis alienatione sine subditorum consensu laederetur. Nam et demum est natura huius iuris, ut nullus omnino rex sit, nisi ab iis, qui hoc iure gaudent, creatus.

7.
Aliter vero in regnis hereditariis res diuidenda videtur, nisi pacta & leges fundamentales aliud constituerunt. Ibi enim dominus regnans ius regnandi seu dominium, sibi suo iure vindicat. Nam quid est, nisi dominium, ius, quod hereditatis iure a patre acceptum heredibus tuis eodem iure relinquis? Cuilibet vero libera a natura facultas tributa est, iuribus suis renunciandi, dominumque alienandi; omnesque huius iuris limitationes non praesumuntur, sed accuratissime probandae sunt. Praesumi deinde nequit, principem, cum tanta alias ipsi rerum omnium potestas

OD LEX FESTA VOTAE
ANCIOI
CRAE CAESARE
O S I
OMANDRUM IMPERIA
ARSPICIUS ET
ENISSIMI PRIN
R I D
PRINCIPIS HERSEPH
HANNE NIDDAE SOC
REFUG
AC NATURORVM VO
FESTINAE SVAE R
PRORECTORIE
MFO MUNSTRI ET
GERH.
PROGANGELIARI
ARSGAE RINTELNENS ET VA
LUE ET PROGRESSORE NOVI
TUTTENBERGH

flas deferretur, quam & genti sua hereditariam
relinqueret, de libertate sua naturali alienandi, iu-
ra, ita limitanda cogitasse, nisi pactis fundamen-
talibus expresse id cautum est, ut nunquam ei
haec infra sua alienare liceret.

8.

Deinde etiam supremae potestatis ambitus tam
late patet, ut omnia ea complectatur, ex quibus
unquam salus publica pendere potest. Licet prin-
cipi immo & debet omnia facere, quae ad salutem
publicam necessaria ipsi videntur, & quounque
modo videre, ne quid detrimenti capiat res publi-
ca. Quoties vero accidere potest, ut alienatione
territori vel magna pericula avertantur, vel alias
commodis publicis consulatur? Bene sane ac fa-
cipient FRANCISCUS, Imperator, Lorraine suam
STANISLAO & regi Franciae tradidit a).

Cum

a) Cf. Rundschau Mainz 1848, pag. 100.
b) Cf. Rundschau Mainz 1848, pag. 100.

Cum vero cl. Posse ius principum, pacis causa partem territorii externo regi concedendi, defendere vellet: ad ea ipsa principia provocat, quibus nostra sententia nititur. Dicit enim: „Principem tunc populi negotia gerere, nec praesummi posse, consensum populi, cum in eius commoda res ageretur, ipsi defuturum b).“ Immo, in omnibus, quae in causis publicis agit princeps, populi negotia gerere intelligitur & in eius commoda agere; nec itaque etiam in alienationem totius territorii consensus populi principi derit. Quis vero iudex est, quando inter principem & populum certatur: fieretne alienatio imperii in commoda publica, an non?

Si vero in alienationem totius regni subdorum consensus requiritur, uti adversarii volunt; etiam in alienationem partis pacis causa externo regi concedenda, ii, qui in hac parte habitant, consentiant, necesse est; uti egregie docuit Hugo Grotius d. J. E. ac P. lib. I. c. 6. §. 4.

a) Cl. Roussel Recueil d'actes, negotiations,
memoirs

OD LEX FESTA VOTAE
UNCIOI
CRAE CAESARE
O S I
OMANDRVM IMPERIA
ANSICUS ET
ENISSIMI PRIN
R I D
PRINCIPIS HERSEPH
HAINAE NIDDAE SCH
RELLG
AC NARROWM VO
FESTINAE SAVI R
PRORCOTORE
LIFO MASTRI ET
GERH.
PROGANGELIARI
LIFO MASTRI ET
ARSGAE INTELLERSIS ET VA
RUE ET PROFESSIONE F O F U

mémoires &c traités T. 13. p. 501. 502. A.
Etat politique de l'Europe T. 2. p. 390. 391.
392. ubi *Franciscus*:

Nous François III. par la Grace de Dieu Duc de Lorraine &c. Savoir faisons qu' ayant eu communication des Articles préliminaires arrêtés & signés le 3. Oct. 1735 entre S. M. l'Imperial & S. M. T. Chretienne -- declarons; que nonobstant la repugnance, que nous avons d'abandonner l'ancien patrimoine de notre maison & sur tout des Sujets, (vox principe dignissima!) qui nous ont donné & aux Ducs, nos prédeceſſeurs, des preuves si marquées de leur zèle & de leur affection: -- le desir -- de procurer la paix à l'Europe nous determiſſe d'accéder -- aux dits préliminaires -- -- En conſequençt nous avons cédé & aban-donné, cedons & abandonnons -- -- pour nous & nos ſuccesseurs des-a-préſent par ce présent au Sereniffime Roi de Pologne -- -- notre Duché de Bar -- -- & pareille-ment notre Duché de Lorraine -- -- &c.

5. Dec. 1736.

signe FRANCOIS

b) POSSE L. c. §. 3. *versilia mihancum xxi r
q swi simmo mire omili. Alii sicuti megar
unusdasd usq; hancim qmoli buca aligat ne huc
9.*

9. T. 2. 300. 201
9. T. 2. 300. 201
9. T. 2. 300. 201

Licet in omni alienatione consensus eorum,
quorum iura interesse potest, requirendus sit: quid
hic subditorum iura, cum vix commoda ipsorum in-
teresse videtur? Nam semel sorti commiserunt, qua-
lem ex illa imperante familia regem acciperebant,
dummodo certus esset & indubitatus successionis
ordo. Num gentis hujus proflisque futurae, cum
primus ex illa eligeretur, virtutes spectari pote-
rant? Num plura majoraque pericula timeri pos-
sunt, si electione boni principis, quam si gene-
rations, quae casu tantum forteque regitur, re-
ges constituantur?

Neque sic quidem dici potest: Uti domino in
populum, ita & populo in personam regis ius
quaesitum esse; neque enim eadem rei ratio est,
si rex imperium alienare, ac si populus alium ubi
regem sumere vult. Primo enim omnia iura po-
puli ex regula apud solum principem habentur,

qui

OD FELIX FESTA VOTAE
ANCOTI
CRAE CAESARE
O S I
OMANDRUM IMPERAT
ANSATICUS ET
ENISSIMI PRINC
R I D
PRINCIPIS HERSEPH
HANNE NIDDAE SOC
REFIG
MC NAYRIDIORN VO
FESTINAE SAVI R
PRORCOTORRE
MFO MUNSTRI ET
G E R H .

qui solus eorum custos & administrator est, atque de iis, uti ipsi e republica videtur, disponere potest. Deinde vero, cum populus familie imperanti fese subiiceret, non ita intererat populi hanc familiam regnante, uti huius familiae hoc regnum habere. Nec denique ita obligatus rex populo esse potest, uti populus regi. Nulla enim pericula, certe non tanta, timeri possunt ex alienatione imperii a rege facta, quam quae imminent, si populo alium sibi regem sumere licet; quippe quo pessimissimo cuique occasio promota esset, infurgendi contra regem & humana omnia atque divina perturbandi.

IO.

In regno vero, quod ab initio electum et in hereditarum paulatim immutatum est, magis dubitari potest; an regi imperium in alium transferre liceret? Nam ibi id, quod populus regi concessit, minime extendendum esse videtur. Sed ibi analogia juris publici spectanda & ex ratione status haec

emittit

B

quae-

quaestio diiudicanda est. Nam praesumto, prout iuris analogia suadet, vel pro principe militat, — si scilicet antiqua statuum iura prorsus abolita, summaeque potestatis exercitium apud solum regem est, uti in Gallia & Dania — vel pro statibus, — ubi scilicet auctoritas eorum adhuc viget, summaque potestas sine eorum consensu non exerceatur; praesertim in iis regnis, ubi & partem territorii sine statuum consensu alienare prohibitus est a).

^{N.}
a) Cf. BUCHANUS rerum Scot. I. 7. p. 225—227.
& 228.

II.

His breviter expositis, cum iam id demonstrasse mihi videar, ius alienandi imperium principiis iuris publici universalis minime repugnare; progrediar ad id, ut ex iure patrio principibus Germaniae hoc ius omnino competere, demonstrem. Sed repetenda mihi antea est brevis historia originis iurium, quibus & principes nostri &

status

OD LEIJI FESTIVAM VTOAE
UNCIOI
CRAE CAESARE
O S I
OMANDRVM IMPERIA
ANSPICIIS ET
ENISSIMI PRIN
R I D
I PRINCIPIS HERSELI
HAINAE NIDDAE SCH
REFIG
AC NATRIORVM NO
FESTINAE SVAE R
PRORCOTORE
MRO MUNSTRI ET
G E R H
IE ET PROLESSE F O P U
PROACANGELI VARRI
PRO ACANGELI VARRI
PRO ACANGELI VARRI

status provinciales gaudent, quā clarius appareat,
quae sit eorum natura, quae ratio, qui fines.
Nam ex iis demum ea argumenta evoluī possunt,
quibus nostra sententia nititur.

Postea quam a Carolo magno Germania
omnis sub una suprema potestate unita erat:
hæc potestas non solum in toto Imperio, sed etiam
in singulis eius provinciis seu territoriis apud so-
lum Regem seu Imperatorem habebatur. Cum
itaque Germania in formam Monarchiæ prorsus
redacta esset, extincta erant iura antiqua populi
in rebus publicis ordinandis, præsertim ius deman-
dandæ potestatis publicæ et administrationis rerum
publicarum.

Singulorum vero territoriorum, aliis *Duces*,
Comites &c. &c. ab Imperatore præfeci erant,
qui, Procuratorum Cæsaris et Legatorum instar,
eius nomine cuncta agebant, alia vero *Nobiles* seu

Dynastæ proprio iure sibi vindicabant, qui magna terrarum spatia iam ab antiquo possidebant. In his vero cum multi homines habitationem et refugium quæsivissent, (concedentis autem esset ei, cui concederet, leges præscribere) imperium inde quasi domesticum Dynastis enatum erat, quod nostra superioritati territoriali in omnibus fere conveniebat, nisi quod ignoto adhuc *iure de non evocando*, paulo maiori, quam nunc, subordinatione sub Imperatore restriktum erat.

Ex hoc antiquissimo rerum statu, iura principum nostrorum originem trahunt; et ex historia eorum diiudicandum est, in quantum ea omnia libera sint, et a subditorum vel statuum provincialium voluntate independentia.

Ducum Comitumque &c. magistratus paulatim hereditarii facti sunt et potentia eorum varii modis crevit, quos pluribus enarrare a fine nostro alienum esset.

Prin-

DD FELIX FESTIVI VITAE
VNCOTOR
CRÆ CAESARE
O S I
OMANDRVM IMPERAT
ANSPICIS ET
ENISSIMI PRINCIPI
R I D
PRINCIPIS HERSEPH
HAINAE NIDDAE SCH
REFI G
AC MARYDORN VO
TESTINAE S AVE R
PRORECTOR
MRO MUNSTRI ET T
G E R H .
PROCANCERI VITRI
UR ET PROFESSIONE F O P U
AVSAGE RINTELIENSIS ET U

Principio autem, ubi nec tanta hominum frequentia, nec iura supremæ potestatis pro temporum ignorantia satis definita erant: magna ubique in Germania libertate vivebatur, magnaque *Autonomia* quisque subditorum, uti ipse videbatur, res suas ordinabat, quin et sibi ipsi armis ius dicebat. Etiam tunc temporis, iurisdictione principum non satis definita, vel apud principem provinciarum, vel apud ipsum Imperatorem, uti cuique videbatur, adversus lædenter agebatur.

Cum vero agricultura, litterarum studiis, atque, qui ea sequi solet, luxu magis excolerentur: cum maiori inde hominum frequentia, plura commercia, plures iurium collisiones existerent: *Autonomia* in *Anarchiam* degenerabat, libertas periculosa et summæ potestatis inspectio magis necessaria erat; qua adhuc deficiente et ipsa regia auctoritas sub OTTO II. et III. nec non HENRICO II. labefacta est, et pessimus quisque bellis illis privatis et latrociniis omnia vastavit. Nec *Treuga Dei* a CONRADO Salico fancita morbo mendicinam afferebat.

Tunc demum, cum ab Imperatore absente et sua curante auxilium perraro exspectari poterat, principes summo rerum omnium discrimine coacti maiorem sibi potestatem vindicabant, rebus priuatorum magis magisque se immiscebant, et auctoritate sua cogebant subditos, ut ab ipsis potius quam ab Imperatore auxilium peterent. Imperator vero, cui soli ius erat publicam potestatem concedendi, eo libentius ea omnia concedebat, quod pax publica, atque ideo et Imperatoris auctoritas, principum potentia facilis servabatur. Atque etiam tranquillior deinde res publica et maior legum auctoritas erat, ita ut tempore HENRICI LEONIS vix unus et alter terram latrociniis vastare ahus ~~est~~

Hac est origo iurium principum nostrorum, quæ iis (quod dicitur ab aduersariis) a populo in Monarchia deferri prorsus nequibant, nec delata sunt, praesertim, cum iis ipsis subditorum vel maxime refringeretur prava libertas, quæ tamen acris semper, quam legitima, defendi solet.

14.

Sed mox crescens principum potestas novis limitibus circumscribebatur, quibus eo facilius includebatur, quod opes familiarum illustrium raro in una persona coniuncte manerent. Non dum enim ius primogeniturae introductum erat, atque mutatis pristinis Ducum Comitumque &c. magistratibus (*Ambactis imperii*) in feuda imperij quisque filiorum partem hereditatis paternae petebat.

1) Autem Principes pro temporum superstitione clericis et monasteriis multa donaverant. Principio enim parvi ducebatur magna inculce terra spatiis prodige dare. Mox vero, ubi clerici maiori arte atque industria, quam ceteri, agros illos in cultos colebant, nec minus peccatorum nepotibus semper luendum erat, quam proavis fuerat: clerus non minori fere, quam ipsi principes, potentia flore re, curiam feudalem habere, nec minus sepe armis, quam banuo suo formidolosus esse incipiebat.

B 4

2) Ex

2) Ex pristina morum ferocitate semper ad-huc supererant bella privatorum inter se, et ius manuarium, quod vocant, quod nulla Treuga, nullis pacis publicæ sanctionibus penitus tolli poterat. Ubique arcus exstruebantur, qua receptacula oppressorum essent, sed mox et ipsæ oppressionibus inserviebant, nec magis iniurias vicinorum, quam leges principis arcebant. Inde nobilis contra principes impune insurgere, et quæcunque vellent, cuique vi extorquere.

3) Urbes vero potentiores adhuc vel divitiis mercatura adquisitis vel incolarum frequentia, nec minus fossis suis ac muris tutæ, graviores mox principibus erant, et superbia cleri, et nobilium ferocitate.

I 5.

Labefacta itaque principum auctoritate, cum iis impune non pareretur, cogebantur ipsi, quoties in caussis publicis aliquid fieri volebant, eos, qui non

parere

DE LEX FESTA VTOAE
ANCOTI
CRAE CAESARE
I O
OMANORVM IMPERAT
ANSPICIUS ET
ENSIMI PRIN
R ID
PRINCIPIS HERSEPH
HIANE MDDAE SCH
RETI
MC VAYRORVM VO
ESTINE SVAE R
PRORECTORIE
MRO MUNSTRI ET
GERH.

parere poterant, *clerum, nobiles, urbes*, convoca-
re, et fide pactorum, quibus solis antiqua sancti-
tas manebat, obstringere, ut legibus fancitis ob-
temperarent. Deinde si qua publica necessitas
urgebat, *petitionibus (Beeden, Bitten)* iidem adeun-
di erant, et ita, uti saepe fit, pecunia defectus su-
perabat, quos virtus nequibat.

Inde conventus liberorum in provincia homi-
num, qui olim iurisdicendi, a) nunc pecuniæ
causa celebrabantur, neque princeps, ut antea
iubebat, quæ fieri vellet, sed consensu petebat,
et quod antea consilium, iam auctoritas erat.

Hæc fuit origo statuum et comitiorum, uti
nunc sese habent, provincialium, longe aliena ab
origine principum potestatis. Neque tamen his sta-
tuum iuribus libertas populi austra vel tutior erat.
Nam status nostri sibi met ipsi providentes onera
publica in eos devolvebant, quorum negotia se ge-
rere, et iura defendere profitentur; etiam pro ob-
foletis illis, servitiis militaribus, nunc in utilibus,

PROCLAMATIONE ET
PROCANCELLARI
GERH.
RESIDENCE SVAE R
AC MATERIORVM VO
REFUGI
HAINAE NIDDAE SCH
PRINCIPIS HERSEPHI
RID
ENSIMI PRIN
MANORVM IMPRAT
ANSIBVS ET
O
CRAE CAESARE
UNCIOI
D LEX FESTA VTAE

26 C

-quorum tamē causa tot tantaque prædia possident,
-in publicam utilitatem vel minimum conferre re-
-cusabant. Non igitur est, quod libertatem no-
-stram salvam credas, si statum provincialium con-
-sensus ad ea, quæ princeps agit, requiritur.

a) Huic non obstat et leges olim conditas esse
iu Comitis illis. Nam ius leges ferendi
apud Germanos idem fere fuisse ac iurisdictio,
docuit D. G. STRUBE. Nebenfunden T. IV,
Abh. 22. §. 13.

16.

Hic præmissis, licet, ea argumenta exponere
qua suadent: *Jus alienandi territoria principibus*
Germania competere, nisi quatenus privilegii seu pa-
ctis expressis de non alienando restrictum est. Nam,

I. *Superioritas territorialis, cum non a subditis*
principiis delata sit, etiam sine eorum con-
sensu alienari potest.

quod ex iis, quæ iam enarrata sunt, meo jure
colligere mihi video. Nam Ducibus et Comi-
tibus

ribus &c. a solo Imperatore, omnis dignitatis fonte,
id concedebatur, ut imperium proprio nomine
exercerent. Dynastæ vero, cum sedem ac perfu-
gium subditis in bonis suis praebarent, quas vel-
lent, ipsis leges praescribere poterant, atque ideo
nec iis superioritas a subditis delata est. Unde
vero tertio cuidam ius enasci potest, dissensu suo
alienationem iuris, quod ab eo non proficiuntur,
prohibendi, nisi expresse ab eo, qui hoc iure
gaudet, ipsi concessum est:

17.

Minime quidem me fugit, quod a doctissimis
viris plerumque dicitur: non nisi consentientibus
subditis superioritatem territorialem exortam esse.
Sed non audeam*juri*, quo nihil sanctius in Impe-
rio nostro est, hanc originem quasi affingere. Nam,
si subditi principibus nostris superioritatem detule-
runt, summa iniuria id factum est, cum iam o-
mnis populi majestas, et voluntas, quaæ dicitur, ge-
neralis, (voluntas generale) id est, ius in causis pu-
nctorum blicis

blicis statuendi, apud solum Caesarem erat. Nihil ergo principibus deferre poterant, quod Cæsari per iniuriam non abstulissent. Secundum ea vero, quæ supra dicta sunt, nihil aliud fecerunt subditi, quam quod contra Cæsarem et principes, cum his maior potestas deferretur, non insurrexerint. Nam ita paulatim res procedebat, ut post multa deum secula mutatio facta appareret, neque vel de tacito quidem consensu, cuiusquam tertii cogitari posset. Neque enim requirebatur subditorum consensus, cum Ducatus, ceteraque Ambacta Imperii hereditaria, facta in feuda immutarentur, nec cum *ius de non evocando* constitueretur, nec ad Capitulationes Cæsarum, nec denique ad Pacem Westphalicam, quibus tamen omnibus nostra superioritas territorialis nititur.

18.

Duces vero, inquit cl. Posse a) olim ab ipso populo electos esse, invenimus. Invenimus. Primo autem, postea quam summa rerum potestas apud

folium

DE LEX FESTA VTOAE
INCOTI
CRAE CAESARE
OSI
MANORVM IMPERAT
ANSIVICIS ET
ENISSIMI PRIN
RID
PRINCIPIS HERSELI
HANAE NIDDAE SCH
REFIG
MC MARYDORN VO
FESTINAE SVAE R
PRORCCTORE
MRO MASTRI ET
GERH.
PROGANCETI ARI

solum Regem erat; nulla amplius potestas pubblica a populo concedi, et ius eligendi nihil aliud esse poterat, nisi ius praesentandi, quod vocant. Deinde vero nec de omnibus Ducatibus idem affirmari potest. HENRICUS quidem sanctus, Bavaria competit ius eligendi Ducem satetur, sed ille monachus potius, quam rex, Imperii iura semper neglexit. In Suevia ipsa, ad quam cl. Possunt provocat, ius eligendi, si omnia concedo, nihil aliud, nisi ius presentandi fuisse, etiam id docet, quod OTTO quidam et FRIDERICUS Dynastæ RUDOLPHO Suevia Duci, respondentibus, verbis usi sunt: --- „Imperator ... qui nos tibi addit ... „ b) De Saxonie etiam et Thuringia asserta CONRADI primi, et ipsum adversus eum bellum HENRICI AUCUPIS aliud suadent. b) Constat præterea, quantam et in conferendis et in afferendis Ducatibus auctoritatem Salici Imperatores sibi vindicaverint. Quod vero HENRICUS IV. rebellionem Bavarorum c) timebat, id non iura populi neglecta esse, sed populum iniuriam OTTONI NORDEIMENSI illatam aegre tulisse, probat.

Ubi.

Ubinam denique nunc in Germania Domus regit, cui electione populi superioritas territorialis delata est?

a) Posse, l. c. §. 6.

b) Hahn, l. c. T. 2.

c) „Rex autem Conradus, cum saepe experitus esset virtutem Ducis novi, verius est et tradere omnem potestatem parris „ (id est: ducatus Saxonie et Thuringiae) „Saxones vero suadebant Duci, ut si rex honore paterno eum nolle sponte honorare, regem invito, quod vellet, obtinere posse“ Wittich. in Annales Lib. I.

d) Posse l. c. §. 8. n. o.

19.

II. Nec ambitus, nec natura iurium, quibus status provinciales in Germania gaudent, ius in alienationem territorii necessario consentiendi per se involuerent. Nam

1) Secundum principia etiam iuris publici universalis, iura, quibus status regni cuiusdam ordinati esse possunt, vel per modum pacti, vel per modum privilegii constituta esse possunt; quae ma-

xim

DE LEX FESTA VITAE
VICTORI
CRAE CAESARE
O
MANORVM IMPERAT
ANSPICIIS ET
ENSIMI PRIN
RIDI
PRINCIPIS HERSEPTI
HANAE NIDDE SC
REFIG
AC MARYDORVM VO
RESTITUERE SVAE R
PRORECTORIE
MVSICIA ET
GERH.
PROGENCETIARI
URSUS
ABSENCE INTERIENS ET
PROSESSE E O P U

axime in eo differunt, quod, quæ per pacia cōstiftuta, ex mente utriusque paciscentis explicanda, quæ vero per privilegium, stricte et ex mente potius concedentis interpretanda sint.

Iura vero statuum provincialium in Germania maxima ex parte per modum privilegiorum constituta esse, non nomen quidem eorum, sed et origo et Praxis ipsa docet. Nam simulac summa potestas ipsi vere delata est, populus per verum pactum principem obstringere nequit. Omnis enim voluntas generalis populi apud principem tunc habetur. Neque etiam Capitulationes, antequam homagium principi praesertim est, vim pactorum habent, cum etiam fine homagio ius regiminis principi competit. Praxis vero eadem principia sequitur, cum privilegia statuum provincialium privilegiorum modo stricte interpretari soleat.

Itaque, ubi nec privilegium seu pactum expressum nec observantia id statibus concedit, non

præ-

præsumi potest consensum eorum in alienationem territorii requiri.

qui ex modis ministris possunt esse ad aliud quod non possunt esse ad aliud

commodum possunt esse ad aliud quod non possunt esse ad aliud

20.

2) Falsum præterea est, quod non solum cl. Posse, sed plures etiam Jcti dicere solent: Eundem esse inter principem et status provinciæ nemum, qui est inter Imperatorem et Imperii status. Nam status Imperii ipsi nationum rectores – nobiles nostri nihil nisi subditi sunt. Principes omnia fere iura regalia in territoriis exercent – nobiles in villis suis nulla. Illi nationem in Comitatis repræsentant – nobiles ne colonos quidem suos; Nam in comitia vocabantur, non quia consensus eorum ceu nationis repræsentantium legibus vel satis definita observantia ad res agendas requirebatur, sed quia impune principi non parere poterant. Imperator denique a statibus Imperii dignitatem majestatemque accepit – minime princeps a statibus provincialibus.

21.

DE LEX FESTA VTOAE
VNCTOI
CRÆ CAESARE
I O
MANORVM IMPERAT
ANSPICIIS ET
ENISSIMI PRIN
R ID
PRINCIPIS HERSELI
HANNE NIDDAE SCH
REFIG
AC MARYDORVM VO
FESTINAE SVAE R
PRORECTORIE
MFO MASTRI ET
GERH.
PROCANCIETIARI

21.
Sileam 3) de eo, quod status, si impruden-
ter, si iniuste principi consensum denegant, legi-
time, ut consentiant, cogi semper possint.

Ea autem est statum provincialium vera dig-
nitas atque auctoritas, ut, licet consensus eo-
rum expressus non ubique requiratur, ubique ta-
men ac semper, eeu custodes libertatis ac iurium
populi, iniurias ipsi inferendas arcere possint. Si
ergo princeps ita alienare territorium vellet, ut
vera inde salutis publicæ pericula timeri possent,
status provinciales hancce alienationem iure suo pro-
hibent; id quod et STRUBIUS docuit: (Nebenstund.
T. 2. §. 19.) Nam princeps, eeu patēr patriæ, nul-
lam, nisi ad salutem subditorum, potestatem habet,
nec liberos suos in eorum perniciem alii ado-
ptandos dare potest. Nec Imperator, ^{nec} principes
iphi in similibus casibus querelas subditorum au-
dire recusant. Cum Camera illustrissimae domus
Brunsvico - Luneburgicæ ius sibi vindicasset, in

C omni-

omnibus caussis, quae ipsi vel cum villicis suis et colonis vel cum conductoribus essent, decidendi: querenti de ea re, licet aliena, concilio statuum, clementissime responsum est a. 1689- per rescriptum GEORGII GUILHELMI, Ducis, et princeps iustissimus, quae Camera post labat, valde moderavit. a)

a) Cf. MOSER im Braunschweig - Luneburgischen Staats - Recht.

22.

Denique vero, ubi in alienationem Domani-
rum, qua vocant, singulorum consensu statuum
requiritur, minime inde analogia iuris elici potest,
ut, ibi etiam in alienationem territorii consensum
eorum requiri, putes. Nam Domaniorum aliena-
tio prohibetur, ne exulta Camera principis ne-
cessitatibus eius subuenire status cogerentur. Pra-
sumi autem nequit, qua ius tributa exigendi, vo-
lente id principe, circumscripum est, eadema
ratione ius alienandi, a natura cuique tributum,
circumscripum esse.

23.

CD FELIX FASTV M VTOAE
VNCOTOI
CRAE CAESARE
O S I
DOMANORVM IMPERAT
ANASPICIIS ET
ENISSIMI PRINC
R I D
PRINCIPIS HERSEPH
AYNNE NIDDAE SCH
REFIG
AC NAYRIDIORN VO
FESTINAE SVAE R
PRORECTORIE
MFO MASTRI ET
GERH.
PROCANCIETARI
UR ET PROLESSEDE FO
AVSSEAE INTELLENS ET VA

III. De territorio vacante Imperator Imperiique

status et hodie disponere possunt, sine statuim
provincialium consensu.

Fac, decedere principem absque omni herede,
vel legitimo, vel pacatio, vel testamentario: num
subditis ius esse potest, novum tunc principem sibi
eligendi? Minime. Territorium enim hoc modo
vacans vel Feudum imperii est, vel allodium; si
feudum: per se patet, Imperatorem et Imperii sta-
tus de eo disponere; si allodium: vel iure fisci
iisdem licet de hac hereditate iacente statuere.

Si vero princeps, eius domo, omnibusque
heredibus consentientibus nec dissentientibus
Imperatore et statibus Imperii, territorium alien-
nat: nonne idem est, ac si dominus regnans heredita-
tem dereliqueret, ac fiscus Imperii de ea tanquam
re nullius disponeret?

GERH. PROCANCIETIARI
TUSCUE RINTELLENS ET V
LE ET PROGESENSE H O P U
GERH. PROCANCIETIARI
TUSCUE RINTELLENS ET V
LE ET PROGESENSE H O P U

) 36 (

Huc quadrant verba I. H. BOEHMERI: a)
„Haec ratio facit, ut status Imperii nostri, con-
sensu Imperatoris accedente, alienare provincias
„possint; cum extincta familia territoria ad Im-
peratorem devolvantur, nec subditi sui iuris si-
„ant, et ita iis per alienationem nullum praedi-
cium inferatur, sed megalomachia obcep-
tum: solitudo est Iov. solitudo Iov. omisit lo-
a) Cf. Jur. P. Univ. Lib. 3. c. 4. §. 9. l. e.
Iest megalomachia omnia uox, hinc quo sit aliquid
obtem posse minime megalomachia. minimus M. negligi-
t; mibella Iov. sive magnum subiectum lev. caput
-et illud quod megalomachia ista est non megalomachia
IV. Nullis privilegiis ex pactis de non alienando
Iest enim Iov. mibella. It; megalomachia est ab ali-
opus erat, si principes ius alienandi territo-
ria non habuissent.

Sic recte STRUBIUS: Contra cum cl. Posse,
„Wollte man aber, inquit, iso schließen, so
„müsste man auch behaupten können, daß ein Lan-
„desherr in der Regul, wie und wann er wollte,
„besteuern könnte, weil gewöhnlich in den Pri-
„vilegiern der Landstände und in den Verträgen mit
„selbigen dafür Sorge getragen ist, daß der Lan-
sult

, desherr nicht eigenmächtig und ohne ihren Willen das Besteuerungs-Recht ausüben darf. So übel gefolger ist dies seyn würde &c. » Neque tam absurde hoc ita dicitur. Ubi enim, neque vi privilegii vel pacti expressi, neque observantia consensus statuum provincialium ad census conferendos requiri debet; cuius iure tunc ius principis tributa exigendi circumscripum est? Nam ibi solius principis est videre, quid salus publica, quid necessitas postulet.

Occurrunt quidem saepe privilegia et pacta, in quibus non nova iura constituuntur, sed antiqua tantum observantia confirmatur. Sed privilegia et pacta de non alienando, oppignorationum territoriorum in medio aeo tam usitatiorum causa, constituta esse constat, atque ideo illius modi haec

privilegia minime sunt.

25.

V. Observantia denique nostra porius, quam ad veriorum sententia faverit.

Cl. Posse, observantiam pro sua sententia militare probasse sibi videtur, si probaret, pluri-

DE FELIX FESTA VOTAE
VNCOTOR
CRAE CAESARE
I O
DMANORVM IMPERAT
ANSPICIS ET
ENSIMI PRINC
R I D
PRINCIPIS HERSEPH
AINAE NIDDAE SOH
REFI
AC MARYDORVM VO
ESTINAE SVAE R
PRORECTOR
MFO MUNSTRI ET
GERH.
PROGANCERI ARI

38 C

bus casibus consensum statuum in alienationes terrarum requisitum esse. Sed non id, quod plerumque sit, observantia est; sed consuetudotius, quæ deficiente lege et constitutione particulari instar legis observatur. Potest igitur e.g. communio bonorum inter coniuges in loco quodam observantia esse, licet plerumque aliud in partis dotalibus constitui soleat.

Cum vero temporis et spatii angustia non permettat, ut singula alienatorum territoriorum exempla lusitrem, sat erit ea refutasse, qua cl. Possunt pro sua asserta sententia.

Distinguendum enim est,
1) Inter alienationem territorii totius et alienationem domianiorum, de qua iam supra dictum est.

2) Inter verba, quibus de consensu suo usi sunt status.

Sæpe in Diplomatibus occurunt verba: cum consilio fidelium nostrorum, Mit Rath user leven gescreuen Mannen, quae vero minime consensum exprimunt.

exprimunt. Nam plerumque principes confilio Ministerialium et Vasallorum utebantur, etiam in rebus privatis; nec non in comitiis et urbium Confibus (quod denotant verba: *usē Mannen unde Sredē*) in consilium principis privatum vocabantur. Haud raro invenimus principes cum *Confilio fidelium* et uxori rem duxisse; neque tamen inde colligere licet, principem nonnisi consentientibus subditis matrimonium inire potuisse. *Confilium* igitur non *auctoritatem* semper, sed verum consilium, nec *fideles Comitia*, sed *Consiliarios ex Vasallis &c.* denotat. Nam haec verba adiici plerumque solent verbis, *mit vorbedachten Mode, animo deliberato, sive similibus, ceu horum explicativa, quibus scilicet exceptioni laetionis, dolofue perfusioneis &c.* renunciebatur.

Quod si autem vere consensus statuum requiri rebatur; tunc verbis: *Confilio et auctoritate, mit rebus usi sunt.*

Si vero his distinctionibus exempla a cl. Posse enarrata lustrantur: tota corruet eorum vis; etiam varia Marchiae Brandenburgensis fata pro nobis

CD FELIX FESTA M VTOAE

VNCOTOI

CRAE CAESARE

O
MANORVM IMPERAT

ANSPICIS ET

ENISSIMI PRINC

R
PRINCIPIS HERSELI

ANNE NIDDE SC

REFI

AC NATIORM VO

ESTINAE SAVE R

PRORECTOR

MRO MUNSTRI ET

GERH.

U ET PROFESSORE F O P U

PROGANGELIARI

MRO MUNSTRI ET

40 C

nobis militant, neque quidquam adversariis fu-
erit nisi male. etiam si consilium et per-
fessus videatur, praeter diploma FRIDERICI II. a
Imp. Quod vero si accuratius perpendis, videbis,
nisi quod non possunt. etiam si consilium et
minime de alienatione territorii a principe facta,
sed de alienatione territorii, quam Imperator ten-
tavat, sermonem ibi esse, cui novum impedimen-
tum principes etiam eo obstruere volebant, quod
et statuum provincialium consensum hoc casu re-
quendum esse sancirent.

Notum denique est, Ministeriales, Vasallos,
annio et urbes in medio evo se pessime oppigno-
ratos, et quoconque alio modo alienatos a prin-
cipibus esse, extra omnem eorum consensum.

a) cl. POSSE. I. c. p. 59.

Iam de iure statuum Bavanicorum loqui, su-
perstium esset, cum satis demonstratum est: Ba-
variam, salvis iuribus statuum huius ducatus et
agnitorum domus illustrissimæ, et totius denique
Imperii, alienari non posse.

(x225 7030)

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



DISSERTATIO

JURIS PUBLICI

DE

JURE ALIENANDI
TERRITORIA

AESQUE CONSENSU STATUUM PROVINCIA-
LIUM PRINCIPIBUS GERMANIAE COMPETENTE.

QUAM

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS
CONSEQUENDIS

IN

AUDITORIO ACADEMIAE ALMAE
ERNESTINAЕ,

DIE XXIV. OCTOBRIS, MDCCCLXXXVI.

PUBLICE DEFENDET

THEODOR. H. A. SCHMALZ.

HANNOVERANUS.

RINTELIAE, 1786.